et deluet sicut fluuius egipti. Qui edificat in celo ascensionem suam: et fasciculum suum super terram fundabit. Qui vocat aquas maris: et effundit eas super faciem terre. Dominus nomen eius. Nunquid non ut filij ethiopum vos estis michi filij israhel ait dominus? Nunquid non israhel ascendere feci de terra egipti: et philistinos de capadocia: et syros de cyrene? Ecce oculi domini dei super regnum peccans: et conteram illud a facie terre. Veruntamen conterens non conteram domū iacob dicit dominus. Ecce enī mandabo ego: et cōcutiā in omnibus gentibus domū israel sicut cōcutitur triticū in cribro: et non cadet lapillus super terrā. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicūt non appropinquabit: et nō veniet super nos malū. In die illa suscitabo tabernaculū dauid quod cecidit: et reedificabo aperturas murorum eius: et ea que corruerant instaurabo. Et reedificabo eū sicut in diebus antiquis: ut possideant reliquias idumee et omnes nationes: eo q̄ invocatum sit nomē meū super eos dicit dominus faciens hec. Ecce dies venient dicit dominus: et comprehendet arator messorem: et calcator uue mittentem semen. Et stillabunt montes dulcedinem: et omnes colles culti erunt. Et convertā captiuitatem populi mei israhel: et edificabūt ciuitates desertas: et inhabitabunt: et plantabunt vineas et bibent vinum earum: et facient ortos et comedent fructus eorum. Et plantabo eos super humum suam: et non euellam eos ultra de terra sua quam dedi eis dicit dominus deus tuus. Explicit Amos ꝓphā. Incipit Abdias ꝓpheta.

VIsio abdie. Hec dicit dñs deꝰ ad edom. Auditū audiuimꝰ a dño: et legatus ad gentes missus. Surgite: et cōsurgamus aduersus eū in prliū. Ecce parvulū dedi te in gentibꝫ. Contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te habitātem in scissuris petre: excelsitatem soliū tui. Qui dicis in corde tuo. Quis detrahet me in terrā? Si exaltatꝰ fueris ut aquila: et si inter sidera posueris nidum tuū: inde detrahā te dicit dñs. Si fures introissent ad te si latrones per noctem: quomodo conticuisses? Nonne furati essent sufficientia sibi? Si vindemiatores introissent ad te nūquid saltem racemos reliquissent tibi? Quomodo scrutati sunt esau? Inuestigauerūt abscondita eius. Usq̄ ad terminū emiserūt te: omnes viri federis tui illusserunt tibi. Inualuerunt aduersum te viri pacis tue. Qui comedūt tecū ponēt insidias subter te. Nō est prudentia in eo. Nunquid nō in die illa dicit dñs perdā sapientes de idumea: et prudentiā de mōte esau? Et timebūt fortes tui a meridie: ut intereat vir de monte esau: propter interfectionem et iniquitatē in fratrē tuū iacob. Operiet te cōfusio: et peribis in eternū. In die cū stares aduersus eū quando rapiebāt alieni exercitū eius: et extranei ingrediebātur portas eius: et super iherlm mittebant sortem: tu quoq̄ eras quasi unus ex eis. Et non despicies in die fratris tui: in die peregrinationis eius. Et non letaberis super filios iuda in die perditionis eoꝝ: et non magnificabis os tuū in die angustie. Neq̄ ingrediēris portā ꝓpli mei in die ruine eorum:

neq̄ despicies et tu in malis eius in die vastitatis illius. Et nō emittetis adūsus exercitū eius in die vastitatis illius: neq̄ stabis in exitibus ut interficias eos q̄ fugerint. Et nō concludes reliquos eius in die tribulationis: quā iuxta ē dies dñi super omnes gentes. Sicut fecisti fiet tibi: retributionē tuā conuertam in caput tuū. Quoniā sicut bibistis super montem sanctū meū: bibēt omnes gentes iugiter: et bibēt et absorbēbunt: et erūt quasi non sint. Et in monte syon erit saluatio: et erit sancta. Et possidebit domus iacob eos q̄ se possederāt. Et erit domus iacob ignis: et domus ioseph flāma: et domus esau stipula. Et succendentur in eis et devorabūt eos: et nō erūt reliquie domus esau: quia dñs locutus ē. Et hereditabūt hi q̄ ad austrū sunt montē esau: et q̄ in campestribus philistiim: et possidebūt regionē ephraim et regionē samarie. Et beniamin possidebit galaad: et trāsmigratio exercitus huius filioꝝ israel omnia loca chananeoꝝ usq̄ ad sarepta: et trāsmigratio iherlm q̄ in bosforo ē possidebit ciuitates austri. Et ascendent saluatores in montem syon iudicare montem esau: et erit domino regnum. Explicit Abdias ꝓpha. Incipit Jonas ꝓpha.

FActū est verbū domini ad ionā filiū amathi dicēs. Surge: et vade in niniven ciuitatē grandē: et predica in ea: quia ascendit malicia eius coram me. Et surrexit ionas: ut fugeret in tharsis a facie dñi. Et descendit in gabē: et inuenit nauem euntē in tharsis. Et dedit naulū eius: et descendit in eā ut iret cū eis in tharsis a facie dñi. Dominus autem misit ventū magnū in mare: et facta est tēpestas magna in mari: et navis periclitabat conteri. Et timuerūt nautē: et clamauerūt viri ad deū suū: et miserunt vasa que erāt in naui in mare: ut alleuiarēt ab eis. Et ionas descendit ad interiora nauis: et dormiebat sopore graui. Et accessit ad eū gubernator: et dixit ei. Quid tu sopore deprimeris? Surge inuoca deū tuū: si forte recogitet deus de nobis et nō peremus. Et dixit vir ad collegā suū. Venite et mittamus sortes: et sciamus quare hoc malū sit nobis. Et miserūt sortes: et cecidit sors super ionam. Et dixerūt ad eum. Indica nobis cuius causa malū istud sit nobis. Qui est opus tuū q̄ terra tua: et quo vadis uel ex quo pplo tu es? Et dixit ad eos. Hebreus ego sum: et dñm deū celi ego timeo qui fecit mare et aridā. Et timuerūt viri timore magno dñm: et immolauerūt victimas dño: et vouerūt vota. Et